
RECUEIL
DE LETTRES
ET DISCOURS
ADRESSÉS
A DIVERS
PERSONNAGES
(XV-XVI.e S.)

LETTRE
DE CHRISTOPHE
COLOMB
DE INSULIS NUPER
INVENTIS











La pièce 9 de ce recueil est la seconde édition de la traduction latine de la Lettre de Colomb relatant la découverte du Nouveau monde.

Elle a été imprimée par Stephanus Planck, à Rome en 1493, lequel a également imprimé la 1re édit. — mais en omettant au titre le nom de la reine Isabelle.

Dans celle-ci, Planck corrige cette omission, ainsi que le nom du trésorier des Rois Catholiques.

C'est le no 4 de ma Bibliotheca Americana Vetustissima.

Henry Harrisse

3 juin 1892

les fiches portent pièces 1 à 6.

puis pièces 1 à 30.

P. 1 – – Datée de 1522
2. – id –
3. circa 1522
4 – –
5 } – –
6 } Datée de 1522

Ces six premières pièces forment les ffts. 1 à 27 du vol. et sont toutes du XVIe s.

Pièces incunables : n° 1 (6) Daunou 463 – Pellechet 4090
2 (7) – 416 – 3230
3 (8) – omis – omis
(cf. 2 autres ex. D. 480 – 5060 et un 4e ex. OE XV. 351 p. 12).
4 (9) Daunou 718 – 3862
5 (10) – 465
6 (11) – 675
7 (12) – omis Pellechet omis
(cf. OE XV. 351 p. 27 667 – 1686)
8 (13) Daunou 710
9 (14) – omis – omis
(cf. OE XV. 351 p. 22 671 – 5019)
9* (15) – omis –
(cf. OE XV. 351 p. 23 669
9** (16) – omis
(cf. OE XV. 351 p. 28 673
10 (17) – 653
11 (18) – 665
12-13 (19) – 674 Pellechet 2048
14 (20) – omis
(cf. OE XV. 351 p. 29 712
15 (21) – 461 Pellechet 4816
16 (22) – 588 – 4433
17 (23) – 590 – 2836
18 (24) – omis mais sous le n° 832 Daunou cite l'ex. [351] qui n'existe pas ds. cet autre recueil : c'est sans doute une erreur
19 (25) – 534
20 (26) – 792
21 (27) – 419 coté à tort [351] ?


T.S.V.P.

22 (28). Daunou 717.
23 (29) — 287.
24 (30) — 313
25 (31) — 314
26 (32) — 466
27 (33) — 451

---

28 (34) Pièce datée de 1523
29 (35) — 1524
30 (36) — 1521.

n.° 4 (9) Lettre de Christophe Colomb



(nº 9)

¶Florentinorum Oratio coram Summo Pont. Alexandro. VI. ac eius sacro Senatu per Gentilem Episcopum Aretinum.

VEnimus Beatissime Pater accepturi primũ in Pontificem: quẽcunq; sacer iste Senatus dedisset. Mox sanctitati tuæ quã dedit solitam obediẽtiam ꝓmissuri. Alteꝝ debite Alteꝝ deuotę Florentini populi erga Romanam sedem obseruantiæ. Ex quo .n. Gherardus Florẽtinus & quidem Ep̃us: Nicolaus scilicet scḋus: ius eligendi Pontificis ad Cardinales reduxit: obligauit nos reliquos xp̃ianos eum in pastorem accipe: quẽ patres ipsi sua creatiõe dedissent. Paruimus hactenus religiosissime tam sanctæ constitutiõi: a nullaq; unq̃ huius ap̃lici collegii electione Ciuitas Florẽtina deflexit. Hãc uero quã modo fecistis Reuereñ. Patres tam libẽter accipimus ut & gratias agamus Reuereñ. dñationibus uestris: & omnẽ illis dñi retributionem suplicemus. Cupiebamus enĩ uel ultimum uestri ordinis: dedistis primariũ. Nolebamus aliquem qui sal ab aliis esset empturus: dedistis eum qui possit illud uendere & sapientibus. Cupiebamus Pontificẽ qui compati posset infirmitatibus nostris: Dedistis eum qui clemẽtia bonus Christi uicarius Qui liberalitate nobis magnus Alexander sit futurus. Nolebamus gubernatorẽ qui aut fluctuante nauicula dubitaret: aut dormiret trãquilla. Dedistis eũ qui & in

fluctibus manum unam ad clauum: alteram ad remum teneat: & in portu sua sit semper retia refecturus. Declarastis denique omnibus quod domini sint Cardinales terræ qui posuit super eos orbem. Veræ columnę aureę super bases argenteas & fundamenta æterna supra solidam petram qui obliti omnis uestri priuati ædificii: Cōmuni Christianorum ecclesiæ subuenistis. Licet enim e tam sancto collegio nihil non sanctum eligi poterat: Siue tamen quod in eo uota omnium uestrum cernimus: Siue quod illum in omnibus uobis arbitramur: utiliorem dare nobis Pontificem his temporibus potuisse nō credimus. Non alia uolebat esse rerum experientia: Non minor animi magnitudo. Talem decebat moderationem cum qui soli deo esset suę uillicationis rationē redditurus. Empta profecto non fuit in templo columba quæ tam sancte uos inspirauit: Sed uolitans: Orantibus uobis: Venit ex alto. Spiritus enim sanctus disciplinæ effugit fictum: Et quod nostris manibus fabricatum in dei templo quandoque putamus illius structura est qui spirat ubi uult: qui per nolentes etiam operatur ministros: qui nō esset Is qui datus est patribus uestris ut maneat uobiscum in æternum: si Conclaui uestro in tanta electione defuisset. Pro tam uera igitur Spiritus dei canonica ac cęlesti electione Reuerendissimi Patres filioli illi uestri qui nos miserunt: Si referre nō possunt Supra uires se tamen debere fatentur: Et sanctum hoc opus uestrum quantum in eis est: Extollunt: Veneran-

tur: Adorant. Ad te uero cõuersi Beatissime Pater hesitamus an communem illam assumptionis: gratulationem imitemur. Nouimus enim Sanctitatem tuã hoc oneris: ad communem utilitatem: nõ priuatam laudem suscepisse. Adeo præterea ueremur: ne hæc plenitudo potestatis: Curarum plenitudo sit: Ut condolẽdum potius quieti Sanctitatis tuæ q̃ potestati gratulandum quandoq; putemus. Vincit tamen priuatam solicitudinem publica ratio: Nec sinit nos non lœtos uidere tronum Christianæ gloriæ plenum maiestate sua. Ingenium illud ad omnia summa natum. Illa mentis & in gerendis rebus fœlicitas peculiares affectus nostros non recipiunt. Vox enim in terra nostra audita est: Exultate & letamini in domino deo uestro: quia dedit uobis doctorem iustitiæ. Sanctitati quoque tuæ qui dixit: Tu pasce populum meum: & tu eris Princeps super eum. Is est qui dat etiam cum temptatione ꝓuentum. Venisti enim in altitudinem Maris: non diffitemur. At super illud Petrus prædecessor olim tuus siccis pedibus: cum iam amplius non dubitasset: ambulauit. Ingressus es fluctuantem nauiculam: non negamus: sed quæ mergi non possit: & cui præsit qui imperat uentis & mari. Fidem in fidelibus plenam in custodiam suscepisti. Pro illa orauit Saluator noster ut nõ deficeret. Mortales arctus immortali sarcine submisisti. At huic labori ministri sunt Cœli: & corona

aurea super mitram eius. Fuisti deniq; hactenus homo diuinus: eris posthac deus humanus. Tenes.n.uicē in terris eius cui flectit omne genu: eius qui est Rex regū & dn̄s dominatium. Qui aufert spiritum principū & ministros suos facit ignem urētem. Habes sedem: de qua Dominus: Locus solii mei & locus uestigiorꝝ pedū meorꝝ ubi habito in æternum. De qua rursus: Nō ne hæc quæ humilē exaltauit & sublimē humiliauit. Cuius inquā ꝓprium est ut tūc uincat cum ledit. Tunc secura sit cum superata uidet. Locus certe in quo sctūs stas. Beatissime Pater terra sancta est; Locus Petri principis Apl'orum ubi steterūt pedes ei9. Locus illius quē constituit dn̄s Principē omnis possessionis eius. Stat incōcussum priuilegiū tuum tibi. Tu solus hamo piscari. Tu in altum potes retia laxare. Tu hæres apostolorum: Tu uiua lex: Tu specula: Tu es cui claues traditæ: cui oues creditæ sunt. Non potes nō trahere plenum magnis piscib9 retæ: cum dn̄s sit qui in altum mittere iubeat. Non potes nō aperire cœlos aliis qui illos tibi tā nolētes aperuisti. Nō potes nō diuinę diuinam sedē tenere: qui terrenum nihil in illā contulisti. Exultat igit merito ubiq;: & gloriat in dn̄o omnis ecclesia sanctorꝝ: Quia suscitauit illi dn̄s Pastorem qui gręgem suum pascat in herbis uirentibus sup montes Israel: Cuius uirgo corruerat & nō erat qui subleuaret eam. In tpe oportuno aperuit manum suam: parauit sanctum suum in oculis omnium gentiū. In me-

dio necessitatis nostræ recordatus est misericordiæ suæ Concipe modo tu Beatissime Pater fortitudiné ad saluandas gentes: Concipe supplicamus per eas æternitates ad quas fulgebunt tanq̄ stellæ firmamēti qui erudiunt alios. Timeat oīs populus sacerdoté dñi audiés sapientiam dei esse in illo: Et sciant gétes Prophetam esse in Israel. Erue a frāmea & de manu canis unicam dñi. Dona siquid laboris isti Athlantis humeri subituri sunt ouibus illis pro quibus primus pastor bonus aíam suam ponere:nō dubitauit. Aut enim sui ac tot martyrū sanguinis obliuiscet̃ dñs: aut ecclesiā pro qua crucifixus est tecum sustinebit. Vnum est:unum Beatissime Pater quod ab humeris Sanctitatis tuæ excutere nō possum: Hoc illud unum est ꝙ nihil ignorantiæ:nihil impotentiæ:nihil fortunæ condonabitur: Quicquid erit ouibus tuis a sola uoluntate sanctitatis tuæ reputabit̃. Quam tñ bonam & scđm gloriā pontificatus sui speramus non minus q̄ optemus. Quid enim illi nunc superest aliud ad summū humanæ conditionis euectę:nisi ut cœlo uiuat:ac nomé Rodorici Alexandri diuinis operibus faciat īmortale. Sed hæc oés tangunt Beatissime Pater:hæc uniuersis fidelibus lætitiæ cōmunis est ratio. Nos uero quantulacunq; pars simus xp̄iani gręgis: qui ex oleis facti oleastri eramus: non diu est:tanq̄ oues errātes:Quomodo nunc cōuersi ad pastoré & Ep̄um animaꝵ nostraꝵ:possumus nō lætari? Quomodo præuenti benedictioíbus dulcedinis

hanc mutationē dexteræ excelsi sine gaudio possumus intueri? Spectamus nūc in matris nostræ sinu patriæ nostræ delitias. Videmus primariæ familiæ hereditatis nostræ funiculum sedere tandem cum principibus populi sui. Siliquæ iam nobis omnes in saginatū uersæ sunt: Nihil non pristinum: Nihil non maternum experimur. Calixti sanctissimi auunculi ac prędecessoris tui: ea ad Cosmum Medicem primum patrię nostrę patrem uox fuit. Ostensurum illi se esse Vicariū xpi cui tot ecclesias fabricauit: Nec passurum illum aut populum eius: sedi apostolicæ caros non esse: quos nouerit sapientia & diuitiis domino suo Christo fore charissimos. Cogitet modo Sanctitas tua an ablactatus super matrem suam lętitiæ lachrimas queat continere. Consolatus est certe dominus populum suum Florentinum. Conscidit saccum eius lætitia circūdedit per omnes uicos nostros: Alleluia cantatur. Ortus cōclusus amplius non dissipabitur. Vinea Sabaoth spinas ultra non feret. Ager dominicus non siluescet imposterum: Ponet desertum eius dominus quasi delitias. Solitudinem eius quasi ortum irriguum: Gaudiū & lætitia inuenitur in eo. Hæ sunt gratulationes nostræ Beatissime Pater: Propter hoc lætatum est cor nostrū: & exultauit lingua nostra. In medio enim Italiæ positi iuncti non minus finibus q̄ animis rebus ecclesiæ: Non possumus fortunam eius non sentire: Nō possumus nō angi secum: nō lætari. Pars nō parua Ro. cu-

riæ: Quomodo columbam dñi gemẽtem: Quomodo Petrum de fluctibus tendẽtem brachia: sine dolore spectare possemus. Cantãtem pariter alterã: exultantem alterę: ut nũc ex nouo pastore: Quomodo sine gaudio intueri? Tam multa est certe affinitas togæ cũ tunica: q̃ nulla cassidi cum tiara. Et mirant̃ quidam ꝙ primi uoluimus obedientiã profiteri. Nunq̃ fuimus secundi Beatissime Pater in his quæ ad huius tuæ sanctæ sedis reuerentiam pertinent: sed primi omniũ semp qui in uineã dñi uenerimus. Vtinã modo parem saltẽ cum ultimis mercedẽ recepissemus. Illi tñ sumus qui a Lino cepimus superędificari supra fundamentũ apostolorum & primi huius tuę sanctę sedis esse domestici Siquidẽ Christus e cęlo: Petrus e Galilea: Linus e Thuscia nostra originem ducens primus Italorum omniũ. Primus earum nationũ quę nunc Christianę sunt hanc tuam sedem gubernauit: ubi tu nunc sedes Beatissime Pater: & ipse primus post Petrũ sedit. Illi inquam sumus qui sanguinem nr̃m contra Henricum tertiũ: Contra Corradinos; Contra Manfredos: pro ecclesia fudimus. Illi sumus qui nõ dicam Eugeninm quartũ eiectum Roma: sed Petrum ipsum Apl̃m ex Antiochia in Italiã uenientẽ primi excepim9: fouim9: nutriuim9: nõ crucifiximus. Ad Arni ripã. B. P. nõ Tyberis: nõ Hiberi: nõ Padi Petrus aplorꝝ princeps primũ altare xp̃ianum extruxit: Clemẽs Isidero teste cõsecrauit. Plura nõ referemus ne uideamur uenisse huc (ut multi) explicatũ

merita nostra in ecclesiam: hæc tamen pauca tetigimus
ut uideat Sanctitas tua q̄ meriro gratulemur: q̄ innata
nobis sit huius tuæ sanctæ sedis reuerentia: q̄ trita pedi
bus nostris uia illius in obsequiis eius. Tuos igit͛ re
ligione: Tuos iure: Tuos consuetudine: Tuos fide: Tu
os uolūtate suscipe Beatissime Pater Florētinos: Et ea
manu quo ipī te genu in pastorē accipiūt. Animas &
corpora Sanctitati tuæ cōmendant: Quicquid habēt
ante scabellum pedum tuoꝝ exponunt. Vtinam mo
do uidere potuisset Sanctitas tua: Aut quibus hæc ani
mis Patres illi nobis mandata dederunt: Aut quibus
uocibus populus ille frequens nos ad te uenīetes seque
batur: Iudicaret sanctitas tua: Non dubitamus: Iudi
caret nos elingues fuisse in exprimēda populi illi9: Spe
Deuotione: Lætitia. Nos te indubitatum Christi Vi
carium: Verum Petri successorem: ac Romanum Pon
tificem confitemur: Tibi Christianoꝝ Principi: Ac uni
uersali domino Spirituali: obedientiam pollicemur.
Vicem quam geris in terris pro diuina: Salutamus: Ve
neramur. Adoramus.

¶Dixi.



